Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0001-3

Ung VI 182

Occasionalia
potissimum Carmina
vol. 22
VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0002-8

16

VOX AMICORUM GRATULABUNDA,

QUA

NOBILISSIMO, CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

DOMINO

PAULO GOTTLIEB KETTNERO

SS. THEOL. STUD.

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

QUOS IN ACADEMIA CELEBERRIMA WITTENBERGENSI, PRIDIE CALEND. MAII A. R. S. CIↃIↃCCXVII.

SOLENNITER ACCEPIT

FAUSTOS ATQUE FELICES ESSE IUBENT SEQUENTES.

VITEMBERGAE

LITERIS AUGUSTI KOBERSTEINII

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0003-4

* * *
* * * *

DVm TIBI confert ſolitos honores
Pallas, ac lauro decorat capillos;
Plura deberet dare, quæ mereris,
Munera grata.
Namque virtutem colis et laboras,
Ceu TIBI ſuadet ſtudii voluptas.
Ergo plures Euſebie TIBI do-
nabit honores.
Atque ego iamiam mea vota mitto
Ad Deum, quo ſic tua coepta fauſta
Reddat, vt fructu ſtudiorum amoeno
Rite fruaris.

His paucis affectum ſuum oſtendere volebat

Iohannes Godofredus Andericus. SS. Th. St.

VIrgine conuexus nil ſuauius educat orbis,
Quam virtutis opes formaque nobilitant.
Quod ſplendens adamas inter rutilantia Ponti
Munera; quod phoenix unicus inter aues;
Quodque inter flores viola & gratiſſima roſa;
Hoc homines inter virgo pudica manet.
Tales (quod ſpero) roſas vrbs poſſidet omnis,
Et gemmas quæuis indicat terra ſuas.
At cunctas vincit Sophiæ ſuauiſſima forma,
Quæ nos felices reddere ſola poteſt.

Quæ

Hinc ſoboles Muſarum illam veneratur, adorat,
Et ſequitur promte non titubante gradu.
Concurrunt ſubito, quæruntque palatia picta,
Quæ Sophiæ facies candida luce replet.
Hic eius faciem metuens ad limina ſedet,
Ac fruſtra exſpectat ſplendida dona Deæ.
Ille animo nimis audaci compellat eandem,
Et voto demens excidit ipſe ſuo.
Tertius ingenuo Sophiam ſectatur amore,
Atque ſuo ſtudio præmia digna capit.
TE quoque, quem charta hæc tenuis veneratur, AMICE,
TE recreat ſophias ingenioſus amor.
Hinc etiam ſummos TIBI nunc concedit honores,
Ac TE pro meritis ſemper amare cupit.
Gratulor inde TIBI; plures donabit honores
Pallas, quæ vobis nomina clara dedit.
Sed caue, dum tanto Sophiam ſectaris amore,
Ne noſtri pereat, ſitque ſepultus amor.

Hæc gratulabundus adiicere debuit
Abrahamus Chriſtianus Andericus, SS. Th. St.

VAtes, qui dixit: fratrum quoque gratia rara,
Dixit, quod forſan nemo negare poteſt.
Ipſe etenim, FRATER, fraterni oblitus amoris
Me non ceu fas eſt, ſemper amare ſoles.
Deſeris, o FRATER, fratrem fratisque ſodales,
Dum ſophiæ blandæ lucida caſtra petis.
Hæc igitur lauro viridi tua tempora cingit,
Ac TIBI, ceu ſpondet, munera plura dabit.
Aſt me non veluti putabam deſeris, ecce:
Dum caſtæ ſophiæ caſtra opulenta petis:
Hæc nos non lauro, ſed vinclo iungit amoris
Perpetuo, quod vis ſoluere nulla poteſt.

Hisce FRATRI dilectisſimo nouos in Philoſophia
honores gratulari voluit
Carolus Auguſtus Kettnerus. I. Stud.

Herr

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0005-6

HErr Bruder/ darff ich Dir zum Lorber gratuliren/
So ſoll ein ſtumpffer Kiel an meine Stelle ſtehn
Apollo will Dich ſelbſt mit einem Crantze zieren;
Drum kan auch meine Pflicht nicht ſo vorüber gehn.
Minerua will Dir ietzt die Palmen-Zweige ſchencken/
Die ſonſt ein muntrer Fleiß vor andern hat verdient/
Ja ſelbſt auff den Parnaß muß man an Wünſche dencken/
Weil Dein bekröntes Haupt mit einem Lorber grünt.
Wohlan! ich höre ſchon/ daß Dir in Pindus-Höhen
Die gantze Muſen-Schaar mit hauffen gratulirt.
Und weil man Dich vorietzt kan als MAGISTER ſehen/
Was wunder? daß mein Geiſt ſich ietzt mit Wünſchen rührt.
Der Himmel laſſe Dich den ſüſſen Nectar ſchmecken/
Den ſonſt ein Muſen-Sohn in ſeinem Schoſſe hegt:
Er wolle Deine Bruſt mit ſolchem Seegen decken/
Den der beſtirnte Saal in ſeinem Felde trägt.

Mit gegenwärtigen Zeilen wolte ſeine Brüderliche Affection ſehen laſſen
Carolus Laurentius Kettnerus. Ph. Stud.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0006-2

Ung VI 182

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0008-3

16

VOX AMICORVM GRATVLABVNDA,

QVA

NOBILISSIMO, CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO

PAVLO GOTTLIEB

KETTNERO

SS. THEOL. STVD.

...OS IN PHILOSOPHIA

HONORES

... ACADEMIA CELEBERRIMA

...TENBERGENSI, PRIDIE CALEND. MAII

A. R. S. CIƆIƆXVII.

SOLENNITER ACCEPIT

...OS ATQVE FELICES ESSE

...VBENT SEQVENTES.

VITEMBERGAE

...TERIS AVGVSTI KOBERSTEINII

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-690698-p0009-1